



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tuba Tragica, Seu Historiæ Horroris Plenæ Dominicis Per
Annum Concionatorio ritu aptatæ, Quibus ad oculum
ostenditur, quàm acribus pœnis flagitia proscindat
scelerum Ultor Deus**

Selhamer, Christoph

Norinbergae, Anno Gratiæ M.DC.XCIX.

Concio XX. Ascensio D. N. J. C. Descensus Ascensus, & Ascensus
Descensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52721](#)

CONCIO XX.

Festum Ascensionis D. N. J. C.

Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos. Ephes. 4.

Descensus Ascensus,



Ascensus Descensus.

Nulla passio est, quæ mortales animos acrius titillet, quam gloria ac honorifici nominis Ambitio AA. Humi repimus omnes, & sursum tendimus omnes. Omnes in altum scandere allaboramus. Ab utero materno primas aucupamur. Necdum ovis exclusi cum Jacobo & Esau (1) de pri-⁽¹⁾ Gen. matu contendimus, de primogenitura, de principatu luctamur. Ed. 25. ventum est hoc ævō, prout sua in Navicula Argentoratensis Ecclesiastes Kaisersbergius (2) deplorat, ut etiam vix ritè prognatis mitrati hono-⁽²⁾ Kai- res obtrudantur; ita pluries in cunis vagientibus pullis tritum illud oc- fersberg cinitur: *Vix episcopari? vix mitrari?* Vixit nobilis iste Veritatis Praeco in Navic priori seculo annis circiter 40. ante Argentoratensem à vera si- stult. de execrabilem apostasiam. Senecā teste (3) natura omnibus ani- malibus certum quandam spiritum infudit, quibusdam efferum & fe-⁽³⁾ Senec. ad Lucil. rocem, ut tigribus & leonibus: aliis subdolum ut vulpibus & cati: aliis A. obsequiosum ut canibus: aliis pavidum ut leporibus ac cervis: aliis eda- Omnes cem & voracem ut lupis & ursis: aliis luridum & lutulentum ut porcis: Spiritu agi- aliis falacem & procacem ut foetentibus hircis &c. nobis verò qui homi- mur subli- nes sumus, indidit gloriosum & excelsum spiritum, quo instigante, ad ultra elu- ea quæ alta, quæ magna & honorifica sunt, spiremus omnes. Omnes etante. adeo illud Caroli V. Symbolum sibi vendicant, clamāntque, plus ultra, plus ultra. Civem qui egit hacenus, nunc ambit Senatum; Senator consulatum prensat; consultissimus in foro fieri ardet Consiliarius prin- cipum; curis & curiæ admotus ad usque secreti consilii adyta grassatur; Gregarius miles per mille pericula vitæ impigrè superata, fieri studet

signifer, tribunus, centurio, chiliarcha. Qui nobilibus ceris conficiuntur aulae caput inferuit, novis ociis titulis inhiat Equitis aurati, Baroniis, Comitis &c. plus ultra in gloriam quoque modo, per pulsum, per mammonam, per aliorum funera grassabundus thrao. In nemo sorte sua contentus vivit hodie, quin potius omnium hoc fiduciam est, ut assurgent, ut emineant, ut in alta luctentur, ovantes ac latentes, in titulos crescere posse novos, digitò signati, & cies, hic est &c. Hic mundi currentis stylus est, & tota politia, iam in crumenam ubertim ludere, ac seu fas fuerit seu nefas, auctoritate velle. Salustio Authore (4) gloriam & honorem etiam rudes petunt & ignavi; his autem cum bona artes sursum avolandi dencit dolis ut plurimum & fallaciis sursum contendunt. Id hic lociendum, tantæ Ambitionis luem in ipsum quoque Sanctuarium graffiantur.

(5) Prosper Ejulat magnus ille Augustini Discipulus Prosper (5) quacunque via ad sacras Dignitates contendit, quibus splendor concilietur. Ingemit Cyprianus (6) quod Simon Simon adhuc hodie venalem putans Spiritum Sanctum, Petros donis suis aggreditur, & emere ardeat preeminentem gloriam, per quam plura lucretur, quæ tamen negotia vocat diabolica, & ipsos negotiatores, qui haec commercia vel exercent, vel exerceri patiuntur, diabolicos negotiatores, satanizantes propolas Regni finem.

B. pseudopolitici, pepones illiterati, pulte non pulpito digni, scientiae virtutibus vacui palpones, in Sanctuarium irrepant. Viderint quibus modis suam hodie Simoniam coram Deo defendant, qui juxta illud, ut des, annuam votatoribus pensionem condicunt, ut mitram illam infra faciant juris. Alia olim judicia hos in Simones justus ille & omnino Judex rerum ac cordium scrutator Deus fulminabit. Juxta Salvianum (7) etiam illi, quorum gloria in gloria contentu sita est, ipso est gloriam ex habitu, qui demissionem spirat & mortificationem, ambitus ramusculos captant, & nescio quam nominis sui magnificentem venantur, suæ, non divinæ gloriae Pharisei aucupes. Tangit hos etiam more suo Bernardus his (8) verbis: *Video & doleo, post pretium culi pompa nonnullos in humilitatis schola plus superbiam addiscere, iumenti ac humili magisterio Christi gravius insolescere, plus impatiens in clero fieri quam essent in seculo, quodque magis perversum est, in domo Domini non patiuntur se baberi contemni, qui in sua nonnisi contemptibiles habent poterant, ut, quia sc. ubi à pluribus preminentie appetuntur, ipsis locum habere non meruerunt, saltem ibi honorabiles esse videantur, ubi ab omni-*

(6) S.Bern. homil. 3. super Mil. sus est, (7) etiam illi, quorum gloria in gloria contentu sita est, ipso est gloriam ex habitu, qui demissionem spirat & mortificationem, ambitus ramusculos captant, & nescio quam nominis sui magnificentem venantur, suæ, non divinæ gloriae Pharisei aucupes. Tangit hos etiam more suo Bernardus his (8) verbis: *Video & doleo, post pretium culi pompa nonnullos in humilitatis schola plus superbiam addiscere, iumenti ac humili magisterio Christi gravius insolescere, plus impatiens in clero fieri quam essent in seculo, quodque magis perversum est, in domo Domini non patiuntur se baberi contemni, qui in sua nonnisi contemptibiles habent poterant, ut, quia sc. ubi à pluribus preminentie appetuntur, ipsis locum habere non meruerunt, saltem ibi honorabiles esse videantur, ubi ab omni-*

honores conculcantur. O quām multa paucis complectitur sancta Veritatis praeceps Bernardus: usque adeo nullus est, quem non ambitio infestat. *Cupidi sumus omnes ascensionis, exaltationem concupiscimus omnes,* Verba iterum sunt Bernardi, quibus onines involvit. Sed utinam omnes ritē intelligerent, quibus modis alti vētices attingantur! Errant & toto cōclō aberrant, qui per Simoniam, per virtutis turpisimos abusus, per alterius moralem sepulturam ad quamcunque praeeminentiam eluctantur. His fidentes dixerim: *Hec via quam vadis, via pef-
fima, plenaque clavis.* Alia quārenda est, quā sine ullius damno aut præcipito sursum ducat gloriæ candidatos. Hec novam eāmque certam hac festa Luce digitō signat Paulus: *Qui descendit, ipse est, qui ascendit
super omnes cōclōs.* Solus nempe descensus ascensum, & solus ascensus descensum promovet; quod licet nonnullis esse credatur paradoxum, faciam tamen, ut firmam fidem implicant docenti.

Descensus juvat ascensum. Sit hominis animus ritē ac serio demissus, hōc ipsō mediō ad omne honoris fastigium aptissimus reddetur. Ut ascendas descendes. Magnus esse vis à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, verba sunt Africani Præsulis. Adhuc tamen clarissimam ad mentem Bernardus (9) perorat: *Descende, ut ascendas; bumi-
llare ut exalteris; hac enim ad sublimitatem illam via est & non alia; ali-* ter qui vadit, cadit. Hec, quā viā sursum ad gloriam eluctari valeat ambitio. Veri nominis via humilitas est, aliam si vadis, cadis, quia omnis alia præter hanc spuria est, & dicit ad ruinam, ut infra dicetur. Hanc voce sua & facto palam omnibus hodie Servator inculcavit, de quo pridem Paulus edixit: *Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cōclōs,* quasi diceret: ideo Christus Rex Gloriæ cōclōs condescendit gloriōsus, quia multò ante infra omnem terram descendit, nunquam ad tantos gloriæ apices ascensurus nisi Majestatem suam ad tantam profunditatem suique contemptum demississet. Christi Humilitas omnem superbiam triumphavit. Christi Demissio summos gloriæ triumphos promeruit. Christi Descensus via fuit regia ad Ascensum. Ideo summus exemplū Christi, Paulo vasit, quia fuit infimus. *Humiliavit semetipsum Dominus IESVS,* Paulo testes propter quod Deus exaltavit (10) illum. Vultis autem ejus ascen- (10) Phi- sis simul & ascensu ex descensu factos agnoscere, numerabit eos à pri- lip. 2. mo ad ultimum Gregorius M. (11) *De cōclō venit in uterum Virginis* (prō (11) S. Gre. quæ profunditas!) *De utero venit in præsepe* (prō casum altero mille gra- gor. M. phibus altiore!) at necdum finis. *De præsepio venit in crucem.* An castus hom. 29. in Evang. dari

C.
Modum
novum a-
scendendi
parit De-
scensus.

(9) Idem
Serm. 2, dc
Ascens.

D.
Probatur
exemplū
Christi.

(10) Phi-
lip. 2.
S. Gre.
gor. M.
hom. 29.
in Evang.

dari possit altior memoratō ; reperit Christi Humilitas adhuc maiora.
De Cruce venit in sepulchrum, & ad infirmas partes terrae, ad ima infernum receptacula. Ohe! jam satis est ! surge tandem , & tante profunditati proportionatam gloriam capessē. *De sepulchro, de limbo vel in cælum.* Sic multiplex descensus præsentem Ascensum peperit. Verò si placet, vita tota quam in terris vixit gloriosissimus Servator, iubetur, & patebit, quoties ille etiam in terris ad imum humilitatis gradum descendit, ocīus ipso è descensu gloriōse promotum esse ascensum quis. Natus est in tenebris , Servator , cùm nox in suo cursu esset, altissimum silentium tenerent omnia ; sed ocīus nova luce trabeata Sol, fugata nocte, se toti mundo spectabilem infudit. Severo, & Tulliano si credimus, centuplicati soles Romano Senatori ipsa nascēntur. Dei Celebritate totum visi sunt horizontem coronare , qui noctem diem vertentes toti terrarum orbi ortæ Felicitatis Natalem mutis vobis proclamaret. Nactus est Hospes divinus humum rigidam, facientam, fænum, stipulam, sed mox in seipsum regressa tanto Hofig dignos protrusit liquores.

*Desudant oleum quercus, opobalsama rupes
Et pretiosa novo flumina rore fluunt.*

Reclinatus est in præsepio , quia non habuit locum in diversoriō; sed in templum fit ex antro, cœlum fit ex stabulo , ex caula fit aula, ex hac prodit ara ignoti Dei. Accinunt illicè Regi gloriæ cœlestes chorauit, assistunt Summo Sacerdoti suo ex Judea per administratorios ipsorum acciti pastores, de quibus Ambros. (12) dixit : *Pastores sunt sacerdos Adorant Regem Regum & Dominum, non servorum sed dominorum mortali carne vestitum, humanâ simul & angelicâ Naturâ recens manum obstupefcente, quod Virgo generat Filium omnium Creatorem, quod Genetrix nutrit Puellum omnium nutritorem.*

Post octo Soles Idem veluti latronis cauterio infigitur, prout ob-

(13) S. servat (13) Bern. & proprio sanguine innocens Agnus purpuratur, Bern. Serm. tiquatæ Circumcisionis legi ultrō subjectus , nullò piaculō contumacius, nullis legibus adstrictus Legislator, ubi multo preflui iterum humiliatus est, quām cùm ante octiduum *Caro saeva est* : tunc emul-

(14) Phi. ut Paulus inquit (14) exinanivit semetipsum, habitu inventus ut homo, nūc lip. 2. verò etiam formam induit peccaminosi hominis. *Tunc in exornat* Iesu.

(15) S. Pet. tia Sole , ut Petrus inquit Dam. (15) solaris umbra decem gradibus respicit, paulò minorat ab Angelis, & servi formam accipiens Deus, nunc de-

tem gradibus dici debet retrorsum abiisse undenis, quia etiam peccatoris imaginem assumpfit, in similitudinem carnis peccati. Sic depresso mox iterum videas sublimatum. Haec ex hac demissione:

*Nomen nobile, dulce, delicatum.
Nomen thurilegos olens Sabios,
Quo nil gratius est, amoeniusq;
Quo nil fortius est, potentiusq;
Quod si forte pio colatur ore,
Mox Pœni reprimat jubes leonis,
Mox sevæ tigridis domet furores.
Sistat flumina fluminumq; cursus,
Pennatos volucres regat per auram,
Et sacra populante corda flammam,
In sacros animam resolvat ignes.
Nomen nobile, dulce, delicatum,
Quod cum siderea canunt in aula,
Cælorum vigiles moventur ignes,
Surgunt æteris incole beati,
surgunt sacerdotum genuq; nixi,
Nomen nobile, dulce consolatant.
Ter fastigia montium supino,
Nutant vertice Pindus, Æmus, Othrii,
Ter letæ resonant ad astra valles,
Cedunt nubila conciduntq; venti,
Cedunt æquora, ridet alma tellus;
Clametur Stygias Nomen per umbras.
It toto tremor insolens averno;
Quassata horribili fragore ab imis
Tristis concutitur domus cavernis.
Nomen nobile, dulce, delicatum!*

His Phaleuci's Divinum Nomen primi seculi celebrat & prædicat (16) (16) ^{Imago}
Imago Soc. Nomen omnium linguis declamandum, Nomen omnium ^{1. Sec. Soc.}
calamis exarandum, Nomen omnium cordibus obsignandum. Ita ra-
ra humilitas, & depressio sui per Augustissimum Nomen JESU ad sum-
mos gloria apices sublimata est in Circumcisione.

Vix nato, vix Augustissimo Nomine donato Infante, furiis agitatur
purpuratus latro, coronatus furcifer Herodes, ira succensus, invidia stimu-
latus,

latus, novi regis titulō efferatus, ad interencionem querit Deum Vir-
rem. Non domus ulla tuta est, non recessus, non angulus; matrum vices
ferrō rimatur; sed quem ē medio tollere statuit Herodiana tyrannus, eum
divinis honoribus prosequi visa est regia virtus. Ecce Magi ab Oriente
stellā cœli linguā in Judæam acciti, omnium Regum ac Subditorum or-
mine JESUM Regem Regum demississimē adorant, & munificē veneran-
tur. Fugit inde persequēntem tyrannum Deus pedicularium caput co-
li terraeque Monarcha formidat; interim tamen divinissimo transfor-
silvas peragranti exanimes plantæ, immanes truncū, alta ac ramosa
bores pronus vertices inclinant, suum Authorem venerantur; & Egyp-
tianū simulacra ultrò humi ruunt, & casu repentinō veri Dei præfusa
reverentur.

Sed antè templum subiit Jerosolimitanum Deipara, quām en-
Sponso ac divinissimō infante suo se tam vasto itineri committeret, quā-
ut quadraginta diebus à puerperio exactis macula expurgaretur, quā
nullam Virgo Mater contraxit, sed ut se ac Vnigenitum suum Domini
sisteret, qui lytrum Redemptionis datus esset pro toto mundo do-

(17) Rom. am viventem, sanctam, Deo placentem, ut Paulus (17) meminit, cuius S. S.
12. bolum esse debebat innocens columba. Poterat animus Virginis (18) de
dicere (verba recito S. Bern.) quid mibi opus est purificatione! (18) de
nard. Serm. templum (sine ulla iustificatione) non ingrediar, que peperi Dominum de
de Purif. pli nil in partumeo purgandum est. Proles ista fons puritatis est, & purga-
B. V. onem venit facere delictorum &c. His tamen insuper habitis omnibus ho-
minibus superiora infra omnes se demississime abjecit, & cui natura nullum
potuit legem dictere, se legi subiecit, quasi veteris noxæ labem con-
xisset, ea puritate illustris, quā major sub Deo nequit intelligi, Anfe-
(19) S. An- (19) teste, iustranda templum petit, tantam sc. demissionem a filio
felm. lib. Mater edocta; sic enim porrò loquitur Bern. I. c. Tibi atiq. opus non de
de Conc. ulla purgatione, o Virgo, sed nūquid filio tuo opus fuit circumcisio? ergo inter mulieres tanquam una illarum licet, nec primam similem opus
Virg. —————— nec babere secundam; nam & filius tuus in numero stare voluit peccatum
rum &c. Cū sc. ab omni lege immunis, carnis tamen sur lamē
subiret, se in speciem ac formam peccaminosi hominis erroris caput
professus, cum tamen esset ipsa via, veritas, virtus, puritas, & va-
(20) Ans- (20) O humile spectaculum, exclamat (20) Ansbertus, quō non nisi pit ac hum-
bert. Serm. les lētari probantur! stat binc Virgo & Mater, non cujuscunq; sed Di-
de Purif. pitur inde infantulus Virginis filius, cuius Divinitatem non capit Orbi. Me-
terse boſtiā Deo immolat pro filio, Filius se Patri offert vidimam pro

do. Non potuit tanta humilitatis portentum sine novis miraculis exhiberi: Anna vidua prophetizat; Senex Simeon à Spiritu in templum trahitur, funditq; multiō antē oracula, quam sacrū strigat amplexibus Puellam, non visurum se mortem, donec videret Christum Domini; veri nominis Cygnus etate ac innocentia candidus, cantator funeris ipse sui, corde magis quām ulnis gestans totius universi Salvatorem, Lumen ad revelationem gentium, quod ē Cœlo dotti⁹ Senex detexit, & palam predicavit Sc.

Tricenarius, ut Matthæus (21) perhibet, non dedignatus est cum (21) Matt.
ceteris ad baptismum venire, non jam mundari, sed mundare volens
aquas, ut nobis aeternæ salutis Lavacrum suō baptismō consecraret. Non
potuit capere tam enormem humilitatis actum Joannes, quem tan⁹
quam baptismi ministrum elegit; hinc admirabundus simul & venera⁹
bundus dixit, quod Mater ejus multo antē Matri Numinis edixit: unde hoc mihi, ut veniat tanta Majestas ad me? mihi potius opus est à te
baptizari; descendit adeo in Jordanem, at confessim ascendens de aqua
vidit cœlos apertos. Descensus novum peperit ascensum; insolita hu⁹
militas novam gloriam produxit, miracula miraculis accumulavit. A⁹
pertum est cœlum, descendit Spiritus Dei in forma columbae, vox pa⁹
riter ex alto allapsa est, hic est filius meus dilectus, in quo mibi bene com⁹
placui, quam omnes affusi spectatores distincte audirent. Sic pluribus illico prodigiis prodigiosa humilitatis descensum coronari voluit
Deus.

Post baptismum duci se paſſus est à Spiritu in desertum tanquam
ad lucta stadium cum Satana ineunda. Prima tentatio erat gurę ut
ex lapidibus panes educeret. Altera erat vanę gloriae, ut se templi ē
pinna precipitaret. Tertia erat avaritiae & idololatriæ, ut Stygem adora⁹
ret cum promissione regni totius mundi. Sustinuit ternas tentati⁹
ones nostrā causa humiliē, ut suō nos exemplō ac responsō doceret,
primam Inopie tentationem superandam esse spe firma in Deum Deique
providentiam directa. Alteram Superbiæ coercendam esse per reveren⁹
tiale Dei timorem. Tertiam avaritiae pellendam esse generosissimo
insultantis mundi contemptu. Ita mox Angeli accesserunt Creatori ac
Domino suo famulaturi. Sumit hinc efficaces stimulos. Damianus
(22) quibus omnes Christicolas ad tetram stygem fortiter debellan⁹. S. Da⁹
dam inflammet: Vidor demonum socius efficitur Angelorum: ex eis mundi
mian. opu⁹
fit heres paradisi; sui abnegator Christi est fecitator, cui tanquam amico &
domestico Dei, vittoriam & coronam administratorii Spiritus aggratulen⁹
tur Sc.

Y

Dicit

Dicit secum in montem Taborum discipulos, Petrum, Jacobum, & Joannem, ut oraret, & orandi ritum palam suis ostenderet. Prout sunt oranti Moyses & Elias cum eo loquentes de excessu, quem computurus erat in Jerusalem. In Graeco excessus ille ecclasis dicitur, ut nuncatur Colloqui objectum suisse Christi ecstaticum amorem, qui eum in probrofissimam passionem & abjectissimam crucem accenderet. Quis tristius, quid despectius trahi poterat in colloquium, quam mortuus patibulo crucis obeundæ tragicum thema? at ecce, mox humanæ gloria totum montem obsepsit! illo adhuc loquente nubes lucidæ Christum, pariter Moysen, Eliam & Apostolos suo cinxit amplectens Christi facies Solis instar rutilabat: vestes ejus nivis instar candidiorum. Vox è cœlis lapſa est encomialstica.

Tandem plagis obsitus, spinis redimitus, flagris dicerptus, probris saturatus, insons Deus agnoscitur & sicario Barrabæ postulatur: absolvitur plurium homicidiorum reus latro, vita Author ad profissimam necem raptatur, ferali patibulo suo trahalibus clavis latus; at tota natura tetrum facinus indignata, extinxit diem, dirinxerat petras, eruit sepulchra, & tristis ecclipsis peplō totam, quæ patet, dum obnupsit, ut tot prodigiis territus Areopagita has in voces emperet: *Aut Deus patitur aut natura!* Mox tamen omnis contumaciam honorem, funes & vincula in auream libertatem, teterimus carcerem paradisum, alapæ in oscula, sputa in uniones, verbera in amplexu flagella in blandimenta, spinæ in rosas, arundo in sceptrum, cassia spinea in regium diadema, opprobria in triumphum, vulnera in gemmas, fanguis in purpuram, Crux in trophæum, tota Passio in pectus gloriam, mors in vitam gloriissima metamorphosi abierte. casu oritur, ex tumulo renascitur, ex interitu fortior resurgit, ex ascensi, in tubis & tympanis, in jubilatione ac festiis applauibus sum ad perennem gloriam ascendit Victor inclitus. Sic sic operatur Christum pati & ita intrare in gloriam suam. Qui descendit, qui ascendit super cœlos cœlorum ad Orientem. En viam! en sursum! etandi divinissimam idem! hic gloriæ Candidati oculos reflectit, ascendere si vultis, hunc in morem descendere prius oportet, quod altius vultis ascendere, tanto profundiū vestrum in nihilum defertur, alia via sursum ad gloriam abeundi non datur, nisi à Christo per & factō monstrata. Audiatur Aug. (23) Cœlum delectat? ad emundandum est humilitas. Quid tendas pedem ultra te? cadere vis, non ascendere. infimo à gradu incipe, & ascendisti. Hunc gradum non viderant digni.

(23) S. August. Serm. 47. de diuersis

Domine dic ut sedent bi^m duo viuis ad dexteram & alter ad sinistram tuam. E.
 Dominus autem eis hunc gradum ostendit dicens: potestis bibere calicem?
 queritis apicem sublimitatis, potestis bibere calicem humilitatis? O quam
 parum hos gradus, & hanc sursum per descensum scandendi viam fastu
 turgens mundus intelligit? Nemo miretur improvidos ascensus tot
 pricipitiis objacere; heri rex, hodie fex; heri aulicus, hodie mendici-
 cus: heri prætor, hodie procurator: heri Curiæ grande decus, hodie
 dedecus: heri dominus, hodie servus: heri orbis & urbis gloria, ho-
 die omnium peripsema. Hic lufus ubique luditur, si divina illa per de-
 scensum ascendendi via vel contemnitur, vel negligitur. Do utrius-
 que hujus vivax Exemplum, ut pateat, per ascensum nonnisi descen-
 sum verso temone incurri, per descensum vero sancti nominis ascen-
 sum comparari.

Prout Guil. Peraldus Lugdunensis Episcopus (24) commemorat, (14) Guil.
 Eremita quidam ad mortem usq; infirmabatur; mox ergo ad proximum Peraldus in
 monasterium juvenem misit, qui suo nomine Patrem adduceret, ut Sum. Vitio-
 pœnitentem absolveret, & omnibus Sacris ad mortem ritè obeundam
 communiret. Vix hæc in cœnobio juventis retulit, oculis adfuit, qui
 facro Viatico instructus presso pede juvenem sequeretur. Cum forte F.
 per densum nemus ambo transirent, & prævius verna pro more nolam
 pulsaret, suo è specu latro excurrit, visurus, quid præda viam tereret;
 cum vero videret, animam agi Eremita, jam S. Viatico instruendam,
 secutus est latro Patrem usque ad cellam moribundi. Ipso introgresso, sum de-
 foris mansit latro, indignum se reputans, Viri tam sancti cellam ingredi, scendi, per
 Cum tandem æger facta exhomologesi etiam sacrò esset Epulò refectus, ascendi, per
 sacrò etiam oleo inunctus, jámque redditum Pater moliretur; stans la-
 tro propè januam ex vera contriti pectoris humilitate has in voces eru-
 pit: O si & ego talis essem, qualis es tu! Audiit hæc Eremita, & mox
 animo suo enormiter inflatus, hæc reposuit: Ita sane, jure merito ex-
 optes, talis ut esse possis, qualis ego sum! sed quantum chaos me inter & te!
 tu sceleratus homicida es, & ego vita integer, scelerisque purus asceta
 sum &c. His utrimque depositis, latro Patrem jam digressum cum ma-
 gna cordis sui contritione insequitur, eique statuit intra sacros cœno-
 bii parietes confiteri, sed præventus est à Deo, in via humiliatus & ex-
 tinctus. Obiit pariter eadem horâ relicta eremicola; at quorsum mi-
 gravit uterque? jam ex descensu & sui contemptu felicem ascensum
 spicite, ex ascensu suique elatione tristem descensum ejurate. No-
 te insequenti, mox Patri, qui sacris instruxit ægrum, sua in cella re-
 velatur,

172 Conc. XX. Festum Ascensionis D. N. I. C.

velatur, animam latronis ob sui humilitatem, confitendi ardens propositum, ac veri nominis contritionem de commissis grandibus negotiis conceptam, recta per Angelos cœlis illatam esse, animam vero remittæ ob mentis elationem & superbiam cœlo exclusam & in Orcum per dœmones abreptam esse cum Lucifero superbia signifero item ignibus cremandam.

Hem, qui ascendit, descendit, & qui coram Deo descendit, futurum ad gloriam sine Sacris ascendit. Alterum nempe qui vadit, cedit, ut praedictum est ex Aug. Reliquit Deus in terris & duro lapidi monte livetani, unde hac luce recta Cœlos concendit, pedum suorum via impressit, eum maximè in finem, ut horum intuitu, ac præceptu juxta exemplo succensi ex imo in nos ipsos descensu & profunda nostra humiliatione, sursum ad Superos eluctaremur, id perpetum cavende unquam noxious ille ascensus, & tumens fastus animos irrutat, & justam supremi Numinis provocet vindictam, ut stygiam elationem zogis fulminet æternaturis. Verbō: qui descendet, ipse erit, qui ascendet ad gloriam, ad coronam, ad vitam bonis omnibus affluentem quam mihi vobisque in cœlo largiatur humilis JESUS!

Amen.

